

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput tertium decimum. De verbo impersonali

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

Modus infinitivus.

II. Præsens, & imperfectum. Gemachot werthan, *feri*.

III. Perfectum, & plusquam perfectum. Siin gemachot worthan, *factum esse, vel fuisse*.

IV. Participium, ex quo vox passiva formatur. Gemachot, od, et, ed, *factus, a, um*.

V. Adjectiva & participia omnia tam activa præsentis temporis, quam passiva præteriti, cum adduntur substantivis cum articulo indefinito EIN, vel post copulam iis postponuntur in oratione, moventur non raro tribus terminationibus, & tunc masculinum definit in ER, fœmininum in E, & neutrum in EZ, AZ. ut, ein goter fader, eine moder, eine gotez hoïued. Eadem est ratio cum pronomina possessiva iis præponuntur. ut, min goter fader. Sed cum in oratione prædicati locum *naturalem obtinent, tum participia in consonantem definunt; scilicet participium præsentis temporis in AND, vel ANT, & præteriti in OT, OD, ET, ED, EN, vel AN, in omni genere: ut, min fader is machand, mine muoder is machand, minaz hoïued is machand. Sed, ni fallor, tenet maximè hæc regula in ceterioris antiquitatis auctoribus; locum enim non obtinet in omnium antiquissimo codice *Cottoniano*, in quo ne unum quidem aut participium, aut adjectivum in ER productum animadvertimus.

Præterea participia in eo adjectivorum moribus obsequuntur, quod emphaticè & demonstrativè posita post articulos terminentur in omni genere recti singularis in A, vel O, ut supra docuimus de adjectivis, cap. IV.

CAPUT TERTIUMDECIMUM.

De verbo impersonali.

I. IMPERSONALIA dicuntur, quibus non præponitur certa persona ich, thu, her, &c. Sed nomen MAN & pronomen HIZ: ut, man saged, *dicitur, dicunt*; hiz regnet, *pluit*.

II. Fiunt autem impersonalia ab omnibus verbis, & quæ in *Latina* efferuntur verbis passivis, his præponitur nomen MAN: ut, ni duit man untar mannum, *non fit inter homines, vel ab hominibus*. Otrfr. Hahe, hahe man inan, *suspendatur*. Tat.

III. Quæ vero apud *Latinos* activis verbis redduntur, illis præponitur pronomen HIZ: ut, hiz ne verid nu so niet, so hiz eer deda, *non adeo nunc succedit res, ut prius*. w.

IV. Nota tamen, quod HIZ omittitur, quando accusativus vel dativus nominis vel pronominis personalis præmittitur, & nulla alia dictio præcedit: ut, mich ne lustet niewehtes *nisi tantum dissolvi, & esse cum Christo*. w. That himo hungreda, ande thursta. w. Thuo fan them vuolcne quam helag stemna Godes, endi them helthon thar selbo sagda that that is suno libbendero hoïofe an them mi licod an minon hugifceftion. C. C. Thes brotes in ni bristet. Si vero alia dictio præcedit, tum retinetur HIZ: ich weiz thaz hiz bristet in thes wines. Meinet ir thaz hiz mich lustet thus.

CAPUT QUARTUMDECIMUM.

De verbis reflexivis.

I. VERBA *reflexiva, seu reciproca fuerunt in usu apud *Franco-Theotiscos*, ut antea apud *Gothos*, & nunc apud *Franco-Gallos*: ut, wer vereuwen uns, *letamur*; Gallicè, *nous nous rejoignons*. Thie sich anazucchon, *qui sibi arrogant*; Gallicè, *qui se vantent*. Balg sih harto, *iratus est valde*; Gallicè, *il se fâche fort*. Nahit sih himilo richi, *appropinquat regnum cœlorum*; Gallice, *le royaume des cieux s'approche*. Wanda sich Got van himole hare ze erthan gebracht, *etenim Deus de cœlo ad terram descendit*; Gallice, *parceque Dieu s'est conduit du ciel à la terre*. Bure thigh northwind, *surge aquilo*; leve toy, *vent du nord*. Tho richt ich mich uph ze guodan werchon, *tum erexi me ad bona opera*; alors je me suis levé aux bonnes oeuvres.

* Participium vel adjectivum tum dicitur obtinere locum suum naturalem prædicati, quum substantivum præcedit copulam in oratione, &

adjectivum vel participium, de eo prædicatum, copulam sequatur. † Vide Grammaticam *Anglo-Saxonicam*, cap. XVI. regul. 6.